

institutionem eiusdem domini marchionis gratam et ratam habentes auctoritate dioeclesiana concedimus accedente capituli nostri consensu, quatinus in loco praefato claustrum exurgat, in quo religio sanctimonialium ordinis praefati²⁾ annuente divina clementia futuris perpetuis temporibus observetur. Concedimus praeterea ut sanctimoniales ibidem deo servientes praepositum et abbatissam sibi ex electione communi praeficiant, secundum quod ecclesiae ordinis ipsius alibi sibi praeficere consueverunt. Ipsum quoque claustrum cum omnibus personis pertinentibus ad eum ac bonis sibi collatis ac deinceps conferendis, acquisitis et acquirendis sub protectionem nostram suscipimus, et eadem bona omnia ipsi sub banno nostro confirmantes auctoritate dei omnipotentis et nostra sub interminatione anathematis firmiter inhibemus, ne quis idem claustrum in personis aut rebus suis occasione qualibet de cetero indebite molestare praesumat. Haec autem sunt bona, quae contulit supradictus marchio claustrum praefato: Luppe XLI mansos et dimidium cum ecclesia et molendino et duabus silvis; villam Somervelt cum XXXII mansis; ecclesiam sancti Martini in monte Misne et ecclesiam sancti Nicolai cum VII mansis et silva prope posita; villam Buchwen cum XIV mansis et allodium cum IIII mansis et silva prope posita; Dobrawiz VIII mansos cum allodio et silva prope posita et molendino; Vben VIII mansos et dimidium cum allodio et prato et silva prope posita; Lupsiz III^{or} mansos et pratum cum silva prope posita; Nuendorp III^{or} mansos et tria prata; apud castrum Misne VI mansos cum vinea et salictum quod in vulgari wert appellatur cum montibus circumiacentibus; allodium Pezle prope Turgowe cum X mansis et salictum cum II mansis et dimidio cum prato et silva. Postmodum autem filius eius contulit de consensu tutoris sui domini lantgravii Thuringiae ecclesiam in Lamprechteswalde, villam Dubeniz cum XII mansis et allodium et II prata cum molendino et duabus silvis prope positis. Testes huius rei sunt Theodericus praepositus, Petrus decanus, Everhardus de Nemits, praepositus Nicolaus de Butsin, Albertus celerarius de Doblin, Walterus canonicus Misnensis, Albertus praepositus sanctae Affrae, dominus Meinherus burchgravius Misnensis, Gunterus miles de Zlowin, Godeschalcus Kesebiz, Rodengerus Bore, Henricus de Vichtenberg. Actum anno dominicae incarnationis M^o.CC^o.XXIII^o., indictione XII^a., pontificatus nostri anno quarto decimo.

Nach dem Orig. im Archive des K. Procuratur-Rentamts zu Meissen. Das an Fäden von gelber Seide befestigt gewesene Siegel fehlt.

Arndt Archiv d. sächs. Gesch. II. 273 f. — Köhler cod. dipl. Lusat. II. 56.

2) Praefati gleichfalls von zweiter Hand an der Stelle eines ausradirten Wortes.

No. 394. 1225. 14. Sept.

B. Bruno II. ertheilt, nachdem zwei Cardinäle den Besuchern des Kreuzklosters am Festtage der Kreuzeserhöhung 10 und 20 Tage Ablass verliehen haben, diesen einen solchen von auferlegtem Fasten.

Brvno II^{us} dei gratia Misnensis episcopus. Cum misericors et miserator dominus penitentiam peccatorum desiderando requirat et nobis licet indignis in vice ipsius